

ORATIONES
ET EPISTOLAE
1492-1514

1514





Daunou :

p. 1 } 589
2 }
3 — 676
4 — 462
5 — 533
6 — 715
7 — 714
8 — 711
9 — 974
10 — 494
11 — 668
12 — 480
13 omis
14 — 791
15 — 587

p° 16 — 716
17 — 662
18 — 673
19 — 591
20 — 948
21 (de [illegible] 1519)
22 — 671
23 — 669
24 — 666
25 — 664
26 — 661
27 — 667
28 — 672
29 — 712
30 (pièce de 1514)
31 — 834

{ entre les f^ts 1 et 2 de cette pièce 4 f^ts intercalés provenants d'une autre pièce

(Les numéros de pièce à l'encre sont les seuls exacts)

Orationes Illustrium Virorum.

1

ز ۲۱۰۰

Variorum Epistolæ et
Orationes

conserver ce f[r]

¶ Eloquentissimus vir petrus mars de eodẽ ad lectorẽ.

¶ Magistri Ludouici ferrariensis ĩ omni disciplina eminẽtissimi consumata virtus Ciceronem laudatorem pene superaret; & demostenem sua mole obrueret. Quis enim tãtis nature dotibus celebrandis eloquij vbertate sufficeret. Quapropter cõmuni preconio celebretur. Cui priuate laudationes non conueniunt. Jn florentissimo rerum prudentissime gestarum curriculo diem obijsse supremum in maxima eius gloria posuerim. Tunc enim pulcherrimum est mori cum iuuat viuere. Nobiscum egit natura incomodius que splendidissimo ingenio: & iucundissima illius consuetudine nos orbauit. sed equo animo ferendum est quicquid emendari non potest.

¶ Mortuus est autem prefatus magister Ludouicus die xxi setembris. Mcccclxxxxvi

1496

Ex 35 ... 6

¶ Sermo: q̄ omnino datur vltimus finis creature rōnalis ⁊ qd illud sit: ⁊ q̄ xp̄s vt ad illū inuitaret nos hodie ascēdit magistri Thimothei de totis de Mutina ordinis predicatorum in die ascensionis corā Alexandro pontifice maximo ⁊ ad datarium affinem suum transmissus

Scendo ad patrem meū ⁊ patrē vestrū: deū meū ⁊ deū vestrum. Nouū est hoc ⁊ admirabile Pon. Ma. Alexāder: vt humana incipiāt diuinis repleri: ⁊ finita conferri infinitis. Hec tāta dei hominūq̧ familiaritas: stupidos reddit omniū animos atq̧ ita inuoluit vt seipsos nesciant diuellere ⁊ extricare ⁊ in certū firmūq̧ aliquid deducere. Non alias auditum erat diuinam personam deum ipsum ad hoīes descendere cum illis stare esurire crucifigi mori ⁊ reliqua id genus que ab eius dignitate ⁊ excellētia ꝓcul esse crederēt. Audiētes igitur admirātur cunti: quos tāte rei magnitudo penitꝰ latet Est tamen iocundissimū intelligere ad hunc honorē sublatos esse hoīes: vt nostra tm̄ causa venerit vt oberantes nos in beatum finē cōduceret. Et harū rerū sermones voluptatem afferunt incredibilē: ⁊ ad supernarum rerum amorē accēdunt. Dū illum qui paucis ante diebꝰ adeo turpiter interierat: Modo gloriosum illustremq̧ resurrexisse cōspiciunt: ac supra celos oēs propria virtute conscendere: reddūtq̧ deo qd̄ possunt ꝓ collato in hoīuz genus beneficio. Erit ḡ forte non igratū aliquid referre: cur deꝰ ipse ac saluator noster pientissimus Jesus xp̄s hodie cernentibꝰ cūctis ad patrem suum ⁊ nostrum ascendere voluerit. Verū cū id nulla vis eloquentie nulla mentis amplitudo aut satis cōplecti possit: demandati tamen officij necessitas cogat non tacere ab ipso omniū rerum opifice deo auxilium per illibatam eiꝰ genitricem matrē Mariā iplorare suppliciter opus ē: q̄ sub

silentio de more inuocata adsit. ¶ Uetus ē questio. P. B. ac īter philosophos diu versata: qd de suppremo omnium mortaliū fine tenendū sit. Alij nāq₃ preter sensibiles res que videri tangiq₃ possunt nihil vltra sperādum esse crediderūt sed oīa cū luctea carne perire pertinaciter affirmarunt. Alij aūt secretiora philosophie penetrātes: sicut Aristo. ethicorū primo: ⁊ ei⁹ Comentator auerrois in methaphisicis. Themistius ceteriq₃ clarissimi phī: ex humana actione demōstrare nituntur nobis ꝑter hec que cernim⁹: aliquē finē prestitutum fore in quo sole actiones nostre conquiescant. ¶ Actio n. humana ē q̄ a uolūtate cū animi deliberatione proficiscit. His n. duobus hō differt a ceteris animantibus. At voluntas non nisi bonum finēq₃ desiderat. humana igitur actio in finem semper aliquem agentē hominē regit. Est vero incon ficiendis reb⁹ quidā causarū nexus ordoq₃. Nā rudē ⁊ incompositam materiā efficiens primo instruit: inq₃ instructā mox formā ponit. Prius tn̄ a finis alicui⁹ dignitate: cur id faciat prorsus edocetur. qd magis hāc parat q̄₃ illā: qd hoc magis cōponere₃ modo q̄₃ illo: nisi certū finē expetere. Est igit prima oīum causarū finis: post rudis materie cultum postremo formā aduenientē. Si ḡ hec prima oīum causarū finis de medio tollatur: nihil penitus produci necesse erit. Cūcta igitur cuiu' piā finis grā operātur. quedā res sunt velud lapides plāte aīalia rōnis exptia cū rōnem finis ignorēt nec media discernūt: nec se ipsas pn̄t ad recipiendū finē ꝓcitare: sed i optimū eis a natura cōstitutū tāq₃ ceca ducūtur. Quedā vero seu hō oēm ꝓprij finis vim cognoscēs de medijs cōsultat deliberat: ac suo iudicio infinē parat. Est insup supmus qdā hūane vite finis. si n. a fine i finē semp ꝓgrederemur nūq₃ offēderem⁹ primū: q si adimat nihil eorū q̄ illū sequuntur penitus restabit. i his namq₃ sermo noster versatur que per se quodam necduntur ordine.

¶Supremus ille finis appetitum primo concitat: in ipso re-
quiescit animus ⁊ eiusdemqꝫ adeptiõe operari cessat. Si er-
go dematur nec erit quid affectemus nec in quo appetitio-
nes nostre conquiescant; Nec tãdem dabitur vllus nostris
actionibus modus. Non igitur in consultatione tm̃ primuꝫ
esse oportet verumetiã ⁊ postremum quo primũ efficere in-
cipiamus. quis enim foret cõsilij terminus fluctuaret ꝗdem
animus nec secuꝫ staret sed per infinitum vagaretur nescius
quid sibi agendum foret. ¶Itaqꝫ pro consultandis geren-
disqꝫ rebus aliquem humane vite finem philosophorũ sen-
tentia esse oportet. Quicunqꝫ ergo supremum finem nomi-
nat perfectam quandam rem intelligit. ¶Omnes igitur
homines ita vltimum finem appetunt vt nihil sibi deesse ve-
lint quod ad eorum cumulatam felicitatem spectat. Quid
vero illud sit: non vna est omnium sententia: nec satis eo no
mine exprimitur. ¶At pater omnium deus creasti ne forte
aliquid quo tantopere nostra iuuentur ingenia nostreqꝫ tem
perentur appetitiones vt non nisi quod rectũ: quod hone-
stum ꝙ rationi consentaneum ꝙ homine dignum sit delibe
rare ⁊ appetere fas sit. ¶Mihi ꝗdẽ voluẽti aĩo nihil oĩno su
currit: non elementa non imperfecta mixta: non aurum non
argentum: gemme preciosiqꝫ lapilli: non plante non anima-
lia: non homines: non celi ipsi: non celestes mentes. Qui. n.
hec omnia que vniuersum constituunt auxerit: nouerit com
prehenderit adhuc falsã de vltimo fine potest sententiã tene
re atqꝫ existimare id velud summũ bonum quod minime sit
¶Est ne tanta eterni regis impietas: tanta deitatis inclemẽ
tia: vt tã magnam ⁊ pernitiosam sitim nulla curari medicina
consenserit. Absit hoc proculqꝫ sit a christianorũ fide. Quid
igit̃: tãta patres optimi mẽtis nostre ãplitudo ac dignitas ẽ
vt nullius rei condite magnitudine compleatur: quanto ꝗpe
plus horum adieceris tãto maiora capere possit ⁊ cõtinere.

¶ Videns ergo pientissimus parens ⁊ conditor noster tur bas natura ipsa hũc beatũ finẽ exurientes ac per deuios an fractus hincinde labari: misit filium suũ qui legem publica uit: cui obtemperare facile admodum esse docuit instituit ⁊ opere perfecit: in qua profecto nihil inuenies postquã diu multũq3 euolueris cogitaueris quod rationi dissonet: quod abste castigari reprehendiq3 possit. Docuit ergo non volup tates: non diuitias: non honores: nõ sceptra: non regna: nõ imperia: sed solam diuinam essentiam: hanc nostrã sitim nõ modo extinguere ⁊ equari posse: verũ etiã per infinitũ exce dere ⁊ inebriari posse. Hec est inquit vita eterna. hec est ve ra ⁊ perfecta felicitas. Hic est vltimus finis vester ut cogno scatis verũ deum ⁊ quem misit iesum christũ. Cum adest deus optimus maximusq3 cum menti illabitur nostre tã de cora protinus fulgens luce: pulsoq3 errorum nebulo. Non amplius vlla ratione huc atq3 illuc anxius circumfertur. Est preterea regia illa maiestas tam eximie pulchritudinis: tam incredibilis decoris ꝙ omnes sue presentie dulcedine ad tantã sui beniuolentiã caritatẽq3 adducat: ut nihil aliud de siderare libeat: nulliusq3 boni magnitudine a summi illiꝰ bo ni nexu diuelli disiungiq3 possit. Quid ergo clarius: quid ve rius: quid firmius: quid iocundius a nobis sciri intelligiq3 possit non sane intelligo o mira conditoris nostri benignitas charitas: o excellẽtissimam hominis dignitatem: non dicam inquit vos seruos sed amicos: quia quecunq3 audiui a pa tre meo nota feci vobis. Hoc diuinus Plato nesciuit: hoc Aristotiles ignorauit. Istud etiam clarissima ingenia attingere nec penetrare potuerũt. Non solum autem hanc felicem vitam ⁊ beatum finem docuit: sed etiã mortis ⁊ san guinis precio eam pro nobis comparauit. Surrexitq3 post imortalis gloriosus ⁊ per quatraginta dies apparens eis ⁊ loquẽs de regno dei exprobrauit fidem illorum ac duri-

ciem cordis: ꝛ signis portentis validissimisq; argumentatio nibus in fidem veram apostolica corde firmauit. ¶ Et hac solemni die videntibꝰ illis elleuatꝰ ē cū ingēti totiꝰ celi plausu: ꝛ nubes suscepit eum ab oculis eorum. Ecce inquit ascē do ad patrem meum ꝛ patrem vestrum deū meū ꝛ deū vestrum: ascendo ad verā felicitatem. Hec est igitur totiꝰ itineris mei cruciatꝰ ꝛ laborū meorū causa: vt vos ad sūmum bonum inuitarē. Ecce ostendo vobis viā si quis vult post me venire: abneget semetipꝫ ꝛ p̄sentis ac momētanee vite huiꝰ illecebras voluptates tollat crucem suā ꝛ me sequatur fide spe charitateq; non ficta: vt tandem illustris gloriosusq; celū conscendere ac de torente voluptatis mee in eternum ꝛ vltra gustari possit ꝛ inebriari. ¶ Hec est igitur via quā philosophi querunt: ideo non inueniunt q2 in terra vbi apparere non potest querunt. Errant ergo velud in mari magno nec quo ferrantur intelligunt: quia nec viam cernūt nec ducem sequuntur: vllum eadem nanq; ratione hanc vite viam queri oportet: qua in alto iter nauibus queritur: que nisi aliquod celi lumen obseruent in certis cursibus vagantur. Quisquis autem rectum iter vite tenere nititur: non terram debet aspicere sed celum: ꝛ vt apertius loquar: non hominem sequi debet sed deum: non his terrenis simulacris: sed deo seruire celesti: non ad corpus referri omnia sed ad mentem. non huic vite operam dare sed eterne. ¶ Itaq; si mentis oculos in celum semper intendas: ꝛ ducem ac imperatorem nostrum quo iuerit obserues: eumque habeas vite quasi nauigij ducem: sua sponte in viam pedes dirigentur: ꝛ illud celeste lumen quod sanis mentibus multo clarior est sole quem hic carne mortali videmus: sic reget ꝛ gubernabit: vt ad summum sapientie portum sine vllo errore perdu-

cat. Sed heu multi varijs superstitionibus pertinaciter in-herentes obturant se contra manifestam veritatem. qui cũ habeant iter rectum devios sequuntur anfractus: planum desertunt: vt per precipicia dilabantur: lucem relinquunt: vt in tenebris ceci ac debiles iaceant. His consulendum est ne contra se pugnent: velintq3 aliquando ab inueteratis erro-ribus liberari. quod vtiq3 fiet si quare nati sint aliquando ꝑ niderint. Hec enim prauitatis est causa ignorantia sui. Un-de preclare inquit Leo papa in sermone hodierno: sursum ergo vocatos animos desideria peritura non occupent viã veritatis ingressos fallaces illecebre non retardent. Et ita a fidelibus hec temporalia decurantur: vt peregrini se in hac mundi valle esse cognoscant. Felices ergo nos qui hac etate nati sumus: qui lumen veritatis agnoscimus quibus regna celorum iaȝ patefacta sunt. Que per ante tot secula incognita clausaq3 extiterunt. O felicissimum regnuȝ o clarissimam dignitatem: o ditionem locupletissimam quã Jesus christus hodierna hac luce cum ineffabili pompa ma-gnificaq3 gloria exultantibus angelicis choris: ipsis etiam apostolis corporali intuitu cernentibus eleuatꝰ ab hac mun-di valle proprijs vt ita dixerim manibus apperuit ⁊ diuina sua virtute captiuam ducens captiuitatem in regno celorũ illustrissimus dux noster ⁊ parens ac redemptor introduxit.

¶ Letari itaque opere precium est pro incredibili hoc bene-ficio suscepto: Qui factam libertatem demonstratamq3 mor-talibus agnoscimus. Sed maiori te quidem gaudio affici Pontifex Maxime Alexander Par est nisi enim Chri-stus celos ascendens: fidem spem: charitatemq3 ac huius be-ati finis cognitionem in nobis non firmasset tam amplam se-dem latissimum hoc imperium non obtineres. ¶ Hanc vero opulentissimam hereditatem regendam gubernãdãq3

Petro ⁊ successoribus eius tradidit: ⁊ ad hanc capescendam curam arcēdi gregis pascendiqꝫ officium delegauit. Animaduertere itaqꝫ debes pro tua sapientia quāto studio abste curari deceat hanc diem colli ⁊ obseruari: quanta tibi adhibenda sit diligentia ne huiusmodi fides violetur ledatur laceretur qua sublata nulla est tibi auctoritas nulla facultas nullum imperium in hoc nāqꝫ ornatissimo ac sublimi trono collocatus es ⁊ verbo ⁊ exēplo euellas; disipes dispdas omnem aduersus hanc fidem se erigēte vt tandem ad vitam sempiternam ⁊ ad beatum hunc finem vna cum grege tibi comisso ad patrem nostrum conscendere possis; qui viuit ⁊ regnat deus per infinita secula Dixi

Sermo eiusdem qualiter possimus iesum cristum induere coram Alexandro sexto

19

Nduimini Dominum nostrum Jesum christum. Et si po. Maxime Alexander Patres qui sub veteri lege militabant fide ⁊ expectatione eundem omnium hominum saluatorem induerent; ⁊ spiritus sancti gratia muniti ad nouum quodammodo testamentum inquo nos viuimus pertinerent. Nobis tamen corporali sua presentia maior induendi eum copia data est. Quem si iam fide veniētem complectimur; charitate iam presentem diligimus; spe in sua gloria venturum prestolamur; imortalemqꝫ vitam agentem morib⁹ imitamur cum nos induisse certum est. verum si forte aliqui aūt nūqꝫ induerunt; aut semel inductum exuerunt. Paulo bene admonenti obtemperent induant; aut reinduāt saluatorē. Erit forte non inutile patres hodie de hac christi induitione duo predicare. Primum quidem quibus obtegendi simus.

Secundus quis facilis induendi modus appareat. Sed tu virgo clemētissima opē fer dicturo de more iuocata. aue ꝛc

Christus Jesus Beatissime pater promissam olim legē credentium cordibus infudit: qua edocti atqꝫ ad bene viuē dum induti: omnia recte atqꝫ honeste agerent: digniqꝫ eēnt suis actionibus eternam vitam promereri: hanc legem nouum testamentum appellarim: quā mente ipsa non lapidibꝰ inscriptam suscepimus que oblitterari: aboleriue: aut vetustate materie: aut oblitterantis ineptia non possit; sed semꝑ mentis oculis patens inspici legi atque intelligi anobis apta esset. De hac lege doctor gentiū ex Jsaie testimonio meminit dicens. Hoc est testamentum quod disponam domui israel post dies illos. Dicit dominus: dabo leges meas in mentem eorum ꝛ in cordibus eorum superscribam eas. Hec lex ꝛsi cunctis obseruanda hominibus sit: soli tamē domui israel a christo est promulgata. Qui his tātum populis predicauit quibus salus promissa ꝛ redemptio oblata olim fuerat. Quam gentibus postmodum misericordiam attulisse certum est. Non sum missus inquit christus: nisi ad oues que perierant domus israel. Et paulus: dico enim Jesum christum ministrum fuisse circuncisionis ꝓpter veritatē dei ad confirmandas promissiones patrum. gentes autem suꝑ misericordia honorare deum. Quo circa dispositā domui israel exquo israelite omnes censentur qui eā postmodum apostolorum predicatione induti susceperunt. Paulus merito comemorat: non ꝙ non omnibus ꝛ imposita ꝛ pronunciata etiā scripta fuerit. Sed ꝙ suo ore suis verbis christus eam gentibus minime annunciauerit. Hinc tamen processit vt euangelio non credentes israelitico etiā genere orti teste paulo non israelite habiti sint. Credentes vero nos non ab eo genere descendentes veri israelite appellādi sumꝰ quasi veterum patrum semini inserti cōplantati in xp̄o per fidem

⁊ in eo regenerati fonte batismatis. Nos hac ratione pul-
chre Paulus oleastrum oliue insertuȝ vocat fractis ramis
Qui facti radicis ⁊ pinguedinis socij in bonam oliuam vi-
uimus. Quis enim semen israel nisi christus. Quid ergo nō
israelite sint: qui ex hoc semine procreati cristum corde cre-
dunt ⁊ ore confitentur: qui deniqȝ isti legi obediunt. Sed
quenam est lex ista non scriptis tradita mentibus autem in-
dita atqȝ impressa. Lex ista noua patres optimi: non aliud
diui Thome ac aliorum theologorum sententia q̄ȝ gr̄e spi-
ritussancti nr̄o animo infusa: gr̄a fidei que ꝑ dilectionē ope-
ratur: qua ad credendū sperandūqȝ sūmeqȝ diligendū eter-
nuȝ ⁊ incōmutabile bonū: agēdūqȝ oīa illius amore ita diri-
gimur atqȝ inclinamur: vt nihil certius putemus nihil facili⁹
promptiusqȝ ⁊ maiori cum voluptate agamus. Hac eminen-
tissima gr̄a xp̄m cōsequimur atqȝ induimus per quē gr̄a ho-
minibus teste Joāne facta est. Hec ē splēdidissima ⁊ nuptia-
lis illa vestis qua exuti homines ab eterno cōuiuio turpiter
eiciūtur: que sine argēto emitur: sine ꝑiculo ēxqritur: sine la-
bore obtinetur: sine cōsensu nostro nō amittitur: Ad quam
emendam induēdāqȝ ab ei⁹ factore ⁊ domino prouocamur.
Venite inquit ad me ⁊ properate: emite sine argēto sine vl-
la cōmutatione: hec est lex gratie: lex sp̄us: lex fidei: lex amo-
ris: lex perfecte libertatis. hoc est iuguȝ suauissimū quod be-
ne dulciter ⁊ leuiter ferẜ quo seuissima atque asperima nec
grauia nec molesta sunt: sed forti ⁊ magno animo tolle-
rantur. At si lex noua gratia ipsa est que scriptis mandari nō
potest. Quid sacri euangeliste euangelium ipsum scripsere
quod legem christi omnes appellant. Audite patres rem co-
gnitu ⁊ auditu dignam. Ad hanc legem tria vt sumatim di-
cam pertinent: gratia: sacramenta: ⁊ virtutum omnium pre-
cepta. Quorum primum atqȝ eminentissimum nō litteris in-
stitutum est: sed mentibus fidelium impressum ac sigilatum.

Alterum vero institutum est scriptisq3 relictum. Quod ad gratiam ipsam fideles introducit: que in christi humanitate primitus suscepta in nos: deinde per sacramenta erumpēs humano & sensibili modo perducitur. Sed quorsum hoc sensibilium rerum auxilio omnipotens deus gratiam suam hominibus inspirat. Non id certe cuiuspiā ope egens facit rerum omnium solus creator: sed humane infirmitati semꝑ cōsulens aptissimo vtilitatis nostre instrumento vtitur quādo quidem comodissime sint res ex quibus ipsam gratiam nobis collatam atq3 in nobis lumini non resistentibus per hec effectam cognoscamus: qui diuinas & sublimes atq3 absolutissimas res ab his que sub sensu veniunt intelligimus q̄3 facile ē scire abluta carne dictisq3 de more verbis peccata abstergi. Iterumque ex absoluentis ore cognoscere a deo peccata remitti; & sacerdote sacra verba loquente corpus Christi confici atque eius esu nutriri spiritum: roborari animum; virtutesq3 mentis omnes augeri. Hec igitur sacra sapientissime instituta a Christo fuerunt; & in lege euangelij vtiliter descripta. Sed redeamus ad tertium. i. ad virtutum cunctarum precepta. Nam sine his non esset congruus gratie diuine vsus; qui quidem per charitatis opera exercetur; cui virtutis actus necessario famulatum exhibet; & vicia omnia his aduersa repugnant. Nam quam charitatem habent adulteri; venefici; raptores; homicide; sediciosi; illiberales; intemperati; incontinentes & deniq3 scelesti atque improbi omnes virtutum igitur precepta viciorumq3 coibitiones ad legem gratie necessario pertinent Hec igitur lex quod precipuum eius est; gratiam. s. scriptam non hab3. Reliqua vero sacramentorū institutio & morum precepta ī euāgelio scriptis mādantur. Jam puto vos intelligere quo nā modo xp̄m fideles indiant: qui. s. gratiam sp̄ū sancti impressas accipiunt.

Qui deinde sacramenta fidei cultu venerantes i vsum vite solemniter assumunt: qui denique virtutum actibus delectati bene admonente paulo abiciunt opera tenebrarum induunt arma lucis sicut in die honeste ambulent non in comesationi bus & hebrietatibus: non in cubilibus & in pudicicijs: non i contentione & emulatione animas suas trucidantes. O feli cissimam pompam: o illustrissimam gloriã: o eminentissimũ triumphum o uerendam maiestatem quando hec splendidis sima gratia his venerandis sacramentis: his clarissimis vir tutibus ornatissimi coram deo progredimur. Ardetis iam nisi desipitis hac⁹ gloria illustres fieri: sed forte qua via id pa teat nõ estis memores. Iccirco nunc videamus quis facilis induendi christum modus appareat ¶ Legi patres amplis simi apud Isaiam deum secum ita loquentem: super quẽ re quiescet spiritus meus nisi super mansuetum & humilem & trementem sermones meos: viri ad iracũdiam faciles: sem per parati ad vindictam: quos ita accendit: & perturbat: & vexat: & quodãmodo insanos reddit: non placẽt deo. Ho rum quippe consuetudo grauis & onerosa ẽ hoibus nec pos sunt isti cũ proximo charitatis vinculo stringi: quinimo aut in proximorum honorem aut in famam: aut in gloriam: aut in facultates: aut in vitam: lingua: manu: armis copijsque ĩsur gunt: horum certe consuetudo spiritui sancto grata esse non potest: hos abominatur: hos respuit: ab his discedit: fugit: elongatur: nunque reuersurus quousque furorẽ temperent atque iracundiam: mansuetudine moderentur. Scriptum est moi sen iccirco & gratissimum & familiarissimum deo optimo ma ximoque fuisse quod omnium illius etatis hominum mansuetissi mus esset. Quid enim agat spiritus sanctus cum his qui bel lis: dissidijs: seditionibus intenti nunquã de deo ipso possunt cogitare: diuinas res nihil penitus curantes. An his erit fa miliaris deus: quorum sensus: mens: sermo actioque alio ten

dunt: qui non deum eternaqꝫ sed mortalia tm̄ curant. Addo ꝙ superbos deus odit: qui sua virtute contenti: a seipsis oīa expettunt: atque supra seipsos extollunt diuinam legem ac misericordiā pertinaci ac tumēti aīo transgredientes his nō consentit deus quibus resistit ꝛ repugnat: quos tandē aut domat subiectosqꝫ facit aut inemendatos eterno supplicio damnat. Ille qui in celum tentabat ascendere: sedem suam in aquilonem positurus: quem non pudebat altissimo similem fieri: ille pena accepta: didicit ꝙ periculosum sit: cū omnipotenti deo bellum insana superbia gerere: hoc hominum genus abhorꝫ spūs scūs cōuictū borū detestatur: donec per humilitatem resipiscant ꝛ ad sanitatem reuocentur. Naꝫ cū deo sese toto corde subicerint fit nescio quodāmō: ut quasi pace composita non dedignetur spiritus sanctus eos adire ꝛ cum illis ꝙ coniuntissime viuere. ¶ Postremo non nulli sunt qui nescio qua ratione deum ipsum nō metuūt ꝛ temere agentes que diuinis legibus sunt contraria: deum vltorem non credunt. Hi peruifaciunt diuina iudicia: hi fideꝫ testimoniis sacris non habent: hi de futura vita nihil penitus sperant: nā si demones: teste Jacobo: iccirco contremiscunt ꝙ credunt. ꝓfecto si hi fidem haberent: deo ꝛ sacris litteris crederent: deum metuerent: deum curarent: atqꝫ de futuris rebus certi: diuinis preceptis obtemperarent. Quid ad hos veniat deus qui ipsum nihil esse putant: nihili faciunt: Qui ipsius leges violant conculcantqꝫ. At cum timor diuinus animo nostro mansueto atqꝫ humili insederit: nulla profecto est ratio cur non sit nobiscum deus cur spiritu sancto nō repleamur. Ea ꝓpter vt superius dixi: super quē requiescet spiritus meus: nisi super mansuetum ꝛ humilem ꝛ trementem sermones meos. Jam leue est mea sntīa agnoscere quō facile sit christum induere: qui in tribus virtutibus cōsistit mā suetudine humilitate ꝛ timore: quarum altera iracundiam:

altera superbiam: altera contemptuz atque perfidiam abijcimus: Quibus vicijs perturbatas hominum mentes dignatur deus adire. Quid nobis obstat patres amplissimi quin hac aurea christi veste ornati coram ipso illustres ac magnifici incedamus: atqui animo in deum converso ex sui auctoris manibus mox eam accipimus. Omnes enim diuinam gratiam virtutesqꝫ omnes ex ipso profluentes accipiunt volentes. Soli inuiti ac recusantes repugnantesqꝫ indonati habeunt. Conuertimini inquit deus ad me ꝛ ego conuertar ad vos. Solum opus est vt nos illum Hieremie verbis oremꝰ supplices. Conuerte nos domine ꝛ conuertemur ad te. Nam teste paulo: nihil prorsus sufficimus nostra virtute cogitare a deo ipso excitati ꝛ adiuti. Quos enim non vocat q semper se ad hostium stare ꝛ pulsare animum nostrum per Joannem affirmat: modo velimus nostro arbitrio ad eum redimus. Qui redeuntibus ac penitentibus gratiā suam sine vlla dubitatione liberaliter ac magnifice concedit. Quare cum parare animum ac subijcere deo nostrum sit quid facilius a nobis agi potest qꝫ induere dominum Jesum Christum. Non dubito patres amplissimi quin iam quisqꝫ vestrū hoc sacro ac saluberimo tempore aut ipsum induerit aut eū mox sit accepturus. Nihil enim vos preter status natura dignitatem: quos deus ministros ꝛ consiliarios suos ꝛ sacrorum suorum dispensatores constituit elegitqꝫ acturos existimo: Quos deceat longe maiori virtute ac gratia munitos armatosqꝫ esse: induimini ergo Jesum Christum. qui viuit ꝛ regnat ꝛc.

Expliciunt sermones duo coram Alexandro sexto cum vna lucubratione funebri ad d. im dnm̄ Jo. baptistam de ferarijs episcopum mutine: ac sanctissimi. d. d. n. Pape dignissimum datarium Magistri Thimo. de mutina.



